



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Wernstorffer.
Wagenrieder.
Mänpecken.
Weier.
Ottmarsharter.
Schvvaphauer.

Et alij plures, qui bona sua tradiderunt, vt habetur ibi in libro
Donationum,

ADDITIONES.

Vndensis Monasterij exordium fabricati per magnum *Ottonem*
Illustrem Comitem Palatinum in *Witelsbach* de
mandato Sedis Apostolicę.

K *Alixius* Episcopus seruus seruorum Dei, Illustri viro O. Comiti Palatino
salutem & apostolicam benedictionem. Dolere te & vehementer tritari
audimus eo q. in illa Regis expeditione fueris in qua Dominus noster sanctę
memorię *Paschalis* nimis crudeliter captus fuit non tamen captioni aut reten-
tioni eius consilium seu auxilium præbuisi, vnde gaudemus valde & omni-
potenti Deo gratias agimus quod cor tuum sancti Spiritus visitatione ad pœnitenti-
am inclinavit, vt autem de bono in melius proficias atque in ecclesię vnitare
semper & obedientia perseueres in remissionem tibi peccatorum tuorum in-
iungimus Ecclesiam regularium fratrum construere que ad honorem Dei & salu-
tatem animę tuę sub beati *Petri* & eius *Romane* Ecclesię iure ac ditione in per-
petuum debeat permanere. per hoc enim & omnipotentis Dei gratiam & no-
strum poteris consilium & auxilium obtinere. Carissimum fratrem & consan-
guineum nostrum A. Aquensem Episcopum quem in partes vestras direximus
nobilitati tuę cõmendamus rogantes, vt ei pro beati *Petri* reuerentia ducatum
& si qua alia necessaria fuerint præbeas. Datum *Laterani* 7. Cal. Iulii.

Mandatum apostolicum pro Præposito de Conuentu
Marchbach postulando.

I *NNOCENTIUS* Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiis
Præposito & fratribus ecclesię *Marchbach*, salutem & apostolicam benedictio-
nem. juxta apostolicam sententiam non tantum debemus attendere quod no-
bis est vtile sed quod multis vt salui fiant atque de nostra habundantia indigen-
tium inopiam supplere debeamus. Cæterum sicut nostris est auribus intima-
tum ecclesia beati *Petri Vndensstorf* de vestro collegio sibi expedit habere Præ-
positum. Quamobrem vniuersitati vestre per apostolica scripta rogando man-
damus atque præcipimus quatenus vnum de fratribus vestris quem eadem Ec-
clesia ad suum regimen postulauerit ipsius loci fratribus concedatis & eo-
rum bonum propositum nequaquam impediatis. Datum apud *Baym* IV.
Non. Iunij.

Priuille.

Privilegium libertatis pro Monasterio & omnium possessionum
apostolicum tempore primi Præpositi concessum, facultas eligendi
Præpositum & advocatum, de soluendo bisantio
annuo sedi Apostolicæ.

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio *Rudberto*
Præposito Ecclesiæ beati Petri *Vndensdorf* quæ in *Frisingensi* Episcopatu sita est
eiusq; successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Ad hoc nobis à Deo
pastoralis officij cura commissa est, vt & beneplacitè Deo religionem labo-
remus statuere, & constitutam exacta diligentia conservare. Quamobrem dile-
cte in Domino fili *Rudberte* Præpositi Illustris viri *Ottonis* Comitis Palatini præ-
cibus inclinatis postulationibus clementer annuimus & beati *Petri* Ecclesiæ
cui Deo auctore præesse dinosceris ab eodem filio nostro *Ottone* Comite Pala-
tino constructam & beato *Petro* oblatam apostolicæ sedis patrocinio cõmunimus,
statuentes vt quæcunq; bona, quascunq; possessiones præfata Ecclesiæ in præ-
sentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum,
largitione Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis præstante Domi-
no poterit adipisci firma tibi tuisq; successoribus & illibata permaneant. Obeū-
te verò te eiusdè loci Præposito nullus inibi per violentiam nisi quem fratres se-
cundum beati *Augustini* regulam substituendum decreuerint Præpositus eligatur.
Porro ad ipsius Ecclesiæ defensionem atq; salutem eligendi advocatum quæ-
cunq; malueritis liberâ concedimus facultatè. Decernimus ergò vt nulli omni-
nò hominum fas sit præfata Ecclesiæ temerè perturbare aut eius possessiones
auferre vel ablatas retinere, minuere aut iniquis vexationibus fatigare, sed om-
nia integra conferuentur eorù pro quorum gubernatione & sustentatione con-
cessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua nimirum Diocesani Episcopi de-
bita iustitia ac reuerentia. Ad indicium autem perceptæ huius à *Romana* Ecclesiæ
libertatis singulis annis vnum bisantium nostro *Lasteramense* palatio persoluetis.
Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitu-
tionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundo tertioque
cõmonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui
dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cog-
noscat & à sanctissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri
iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat.
Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri iesu Christi
quatenus & his fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem
præmia æternæ pacis inueniant Amen.



Ego *Innocentius* Catholicæ ecclesiæ
Episcopus ff.



Datum *Leodij* per manum *Almerici* sanctæ *Romanæ* ecclesiæ Diaconi Card.
& Cancell. V. Cal. Aprilis Indictione IX. incarnat. Domin. An. M. C. XXXI.
Pontificatus verò Domini *Innocentij* II. Papæ secundo,

Aliud

Aliud priuilegium libertatis confirmationis Apostolicæ
 Monasterij & possessionum, & de eligendo
 Præposito.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Beroni* Præposito eiusq; fratribus tam præsentibus quàm futuris in *Ingerbachensi* ecclesia regularem vitam professis in perpetuum. Apostolicæ sedis clementiæ conuenit religiosos viros diligere & eorum loca piæ protectionis munimine conuenire. Eapropter dilecti in Domino filij venerabilis fratris nostri *Henrici Ratissponensis* Episcopi precibus inclinati petitiones vestras rationabiles clementer admittimus & præfatam Ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti priuilegio communimus statuente ut quascunq; possessiones, quæcunq; bona eadem ecclesia in presentiarum iustè & canonicè possidet aut in futurum rationabilibus modis Deo propitio poterit adipisci firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. Sancimus etiam vt ordo Canonicus secundum beati *Augustini* regulam perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conseruetur. Obeunte verò tunc eiusdem loci Præposito vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem & beati *Augustini* regulam canonicè prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorumq; pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua Diocesani Episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit secundo teròq; commonita si non satisfactione congrua emendauerit potestatis honorisq; sui dignitate careat reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atq; in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen.



Ego *Innocentius* Catholicæ ecclesiæ
 Episcopus II.



Datum *Lat.* per manum *Gerardi* sanctæ *Romanæ* ecclesiæ presbyt. & Cancellarij V. Idus Martij Indict. V. An. incarnat. Domin. M. C. XLI. Pontificatus verò Domini *Innocentij* Papæ II. Anno XIII.

Confir.

Confirmatio Apostolica ordinis Canonorum sub Regula S.

Augustini vt Crisma, consecrationes, ordinationes gratis præstentur
ab Episcopo, alioquin alius eligatur priuilegiorum,
possesionum, libertatum &c.

Celestinus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Richardo* Præposito ec-
clesiæ *S. Mariae de Vndensdorf* eiusq; fratribus tam præsentibus quam futuris
regularem vitam p̄fessis in perpetuum. Desideriū q; ad religionis p̄positum &
animarum salutē pertinere monstratur animo nos deest libenter concedere pe-
tencium desideris congruū impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino
filij vestris iustis petitionibus elementer annuimus & p̄fatam ecclesiam quæ à
nobili viro *Ortone* Comite Palatino in p̄prio allodio fundata est & sub eius v-
nius bisanti, nobis nostrisq; successorib; annualiter persoluedo cōmunimus.
In primis siquidē statuentes vt ordo canonicus secundū beati *Augusti* regulam
p̄petuis ibi temporibus inuolabiliter conseruetur, præterea quacūq; posses-
siones, quæcūq; bona eadem ecclesia in p̄sentiorum iustē & canonicē possidet
aut in futurum cōcessione Pontificum, largitione regum vel principū, oblatio-
ne fidelium seu aliis iustis modis Deo propicio poterit adipisci firma vobis ve-
strisq; successoribus & illibata p̄maneat. Crisma verō oleum sanctum consecra-
tiones altarium seu basilicarum ordinationes clericorum qui ad sacros ordines
suerint promouendi à Diocesano suscipiatis Episcopo, siquidem Catholicus
suerit & gratiam atq; cōmunionem sedis apostolicę habuerit & ea gratis absque
aliqua prauitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicū quē-
cūq; malueritis adire antistitem: Sepulture quoq; libertatem p̄fatę ecclesię
apostolica auctoritate donamus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum
liceat p̄fatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, vel
ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare sed omnia integra
conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt
v̄sibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue
persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire
tempauerit secundò tertidū cōmonita si non satisfactione congrua emenda-
uerit potestatis honorisq; sui dignitate careat reamq; se diuino iudicio existere
de perpetrata iniquitate cognoscat & à sanctissimo corpore & sanguine Dei &
Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine di-
stricte v̄tionis subiaceat. Cunctis autem eidē loco iusta seruantibus sit pax Do-
mini nostri Iesu Christi quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant & ap-
ud districtum iudicem præmia æternę pacis inueniant Amen.



Ego *Celestinus* Catholicę ecclesię
Episcopus II.



Datum *Lat.* per manum *Gerardi* sanctę *Romane* Ecclesię presbyteri Card.
Bibliothecarij XII. Cal. Martij Indiēt. VII. Incarnat. Dom. An. M. C. XLIII.
Pontificatus verō Domini *Celestini* II. Papę anno primo.

Concessio

Concessio sedis Apostolicæ licere diuina officia celebrare
sub generali terræ interdicto.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito
Conuentui Ecclesiæ *Vnden*. ordinis sancti *Augustini Frisingen*. Dioces. salutem
& apostolicam benedictionem. Cum à Dei laudibus filere nõ debeat lingua car-
nis prouideri à nobis humiliter postulatis ne pro aliena culpa cessare à diuinis
officiis vos contingat, vestris igitur supplicationibus inclinati vobis auctoritate
præsentium indulgemus vt cum generale terræ fuerit interdictum liceat vobis
ianuis clausis excommunicatis & interdictis exclusis non pulsatis campanis
submissa voce diuina officia celebrare dummodo causam non dederitis inter-
dicto, vel id non contingat vobis specialiter interdicti. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temera-
rio contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit indignationem om-
nipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incur-
sum. Datum *Lugdun*. XV. Calen. Aprilis Pontificatus nostri anno septimo.

Testamentum *Friderici Palatini Hierosolimam*
secundò pergens.

NOtum sit omnibus fidelibus tam præsentibus quàm post futuris qualiter ego
Fridericus Palatinus pergens *Hierosolimam* secundo ad visitandum Domini
sepulchrum gloriosum, vt habeam partem in resurrectione prima disposui pro
salute animæ meæ & parentum meorum prædium in *Gündilkouen* & vineas cum
omnibus appendiciis suis & omni iure & prædium in *Witramesdorf* cum omni
iure & tres curtes in *Schiren* & vnã curtem quam emi à *Dytrico de Raitpach* &
vnã quam emi de *Heinrico Lotere* & vnã in *Ecke* delegata in manus *Otonis* ma-
ioris & junioris fratrum meorum si non renertar ad tributionem vniuersis de-
me querelantibus si aliud inde fieri non rogauero. Postea autem quam vniuer-
sa fuerint composita & elimata pro consilio bonorum virorum *Gündilkouen* ad
Ensdorf quod prædictum est detur, tres curtes in *Schiren* ad *Schören*, *Ecke* ad *Vn-*
densdorf ad *Mospurg*, prædium quod à *Dytrico* emi de *Raitpach* ad *Chüabach*; præ-
dium quod ab *Heinrico Lotere* emi ad *Tyerhaupt*: hæc prædia præfatis locis ca-
condicione offerri placuit vt si qua forte querimonia postea nata fuerit per ipsa
claustra ex vsu prædiorum componatur. Proinde specialiter ad ecclesiã *Enf-*
dorf hæc dedi prædia, *Gündilkouen* vt dixi cum omni iure, *Salkendorf* cum omni iu-
re, *Hartvvigeshouen*, *Püchenlac*, curtem *Hermarsteten* & conuicium eius & *Ha-*
senvvisen quod annuatim XII. solidos soluit quæ delegata sunt in manu fratris
mei *Otonis* Iunioris. Item vineas *Incarnia* delegatas in manus *Ilsvigi* de *Wesste-*
zen. Item molendinum in *Ebenvvisen* delegata, *Rupertilipi* de *Gegilbach* quod VI.
talentis à *Rudigero* de *Aichbrunnen* redimi debet. Item prædium *Ergoltingen* dele-
gatum in manus *Herandi* de eadem villa. Item prædium *Buirbach* delegatum in
manus *Othmari* de *Ergoltingen*. Item prædium *Stainperck* delegatum in manus
Wdalrici de *Salaa*. Item prædium *Trädenlenheim* cum omni iure. Item *Marpach*
delegata in manus *Otonis* maioris. Ea autem condicione prælibata prædia ob-
tuli si in hac via viam vniuersæ carnis ingressus fuero, vel repatrians aliud inde
non disposuero. Sciendum etiam quod prædium *Hermarsteten* & conuicium
eius & *Hasenvvisen* in dotem statui nouæ ecclesiæ sanctæ *Marie* hoc pacto vt di-
midium talentum ex hoc pro concinnandis luminibus omni nocte perpetuo
habeatur ac de cetero annunciatio Dominica solemniter celebretur nihilomi-

nus pauperes Christi ipso die sustententur. Super omnia firmiter permaneant, ut in ecclesia prætaxata quotidie missa decantetur. Notandum quoque quod prædia *Trudenlenheim* & *Marbach* dedi ad restaurationem aurei calicis quatuor scilicet marcarum & ad soluendum debitum Domino *Arnoldo* presbytero & *Gosvino*, antequam in usum fratrum cedat, quo debito creditoribus reddito decreui ut anniuersarius meus inde agatur & assumptio sanctæ *Mariæ* ac matris ipsius, nec non & festum *Iohannis* ante portam latinam festiuè venerentur, omnia victualia in *Lengenuelt*, de officio *Leupoldi*, & de officio *Algoti* de *Pubach*, ita diuidantur, ut due partes ad *Ensdorf* dentur, tertia pars castro remaneat. Prædium *Rotenmose* & *Schillmbouen* *Paldoltesperge* delegata in manus fratris mei *Ottonis* junioris ad *Vndensdorf* destinaui. Item prædium *Kolbach* & *Aspach* & *Hadesprechtshausen* delegata in manus *Vdalrici* de *Lochhausen*: prædium *Ecke* per manus *Ottonis* junioris delegatum ad eundem locum: prædium in *Deckenbach* delegaui in manus *Lisungi* de *Derwesteten*, ad inferius monasterium *Ratisponæ*. Item aliud prædium in *Dekenbach*, delegaui in manus *Chünonis* *Deuckenbunt*, ad idem monasterium vineas in *Kelheim*, præter duas quæ sunt ad occidentem, delegaui in manus *Gerhardi* de *Randecke*, ad idem monasterium, prædium & armenta *Wibilsdorf* delegaui in manus habendi piscatoris, ad *Welkenburck* dedi prædium in *Almelingen*, delegaui in manus *Herrandi* de eadem villa & vaccas in *Slätte*, ad eundem locum prædium in *Snaithart* delegaui in manus *Adalberti* de *Schirlingen* Scotis dandum ad *Wiseintepeter* *Ratisponæ*. Prædium in *Wicmaresperge*, delegatum in manus *Lisungi* de *Westeten* ad *Biburch* dandum, prædium in *Warteshouen*, cuius altera pars delegata est in manus *Burckhardi* de *Steine*, altera pars in manus *Chunradi* de *Tegernbach* ad *Piburck*. Prædium in *Leichilingen*, quod fuit *Friderici* parui delegaui in manus *Vdalrici* *Kargelonis*, Canonici maioris ecclesiæ *Ratisponæ*, tali videlicet conditions, ut *Wernerus* eiusdem Ecclesiæ Canonicus idem prædium, quoad vixerit habeat, & annuatim quod idem prædium soluit persoluat. Aliud prædium in *Laischilingen* ad *S. Iacobum* Scotis dandum dedi *Ratisponæ*. Armenta in *Purchstal* & armenta in *Litnngen*, quæ sunt super curiam *S. Emmerammi* ad *S. Emmerammum* dedi prædium in *Ludemaresdorf* ad *Rore*, prædium in *Suvilnabe* & armentum in *Katerloch* delegaui in manus *Ottonis* junioris canonici maioris Ecclesiæ *Frisingen*. Prædium in *Pasingen*, & molendinum delegaui in manus *Ottonis* junioris ad sanctum *Vitum* *Frisingen*. Item duo prædia in *Pasingen* delegaui in manus *Heinrici* de *Lusdorf* ad sanctum *Vitum*, prædium in *Perloch* & *Serregeloch* delegaui in manus *Heinrici* de *Lusdorf* ad *Scheftilayer* dedi duas curtes in *furta* & molendinum delegaui in manus *Vdalrici* de *Lochusen* ad eundem locum. Curtem vnam in *Kraus* delegatam in manus *Heinrici* de *Lusdorf* ad *Ebersperg* dedi. Item duas alias curtes in *Kraus* delegaui in manus *Eberhardi* de *Nirvertingen*: & prædium in *Tetenberg*, ad eundem locum, prædium in *Amendorf* delegaui in manus *Hainrici* *Castionarij* ad *Nüenstiffe* *Frisingen*. prædium in *Wenge* delegaui in manus *Hainrici* de *Schneburch* ad sanctum *Georgium* in *Tal*, prædium in *Serouen* delegaui in manus *Wicknandi* de *Waytrishyschen* ad *Tegernse*. Curtem in *Guntshausen* delegaui in manus *Hainrici* de *Empfenbach* ad *Malesdorf*, prædium in *Geroltisdorf* delegaui in manus *Ottonis* junioris ad *Berchtershadme*: prædium in *Riute* delegaui in manus *Ottonis* junioris ad *Geisenuelt*. Castrum in *Haginburch*, & omnia prædia ad ipsum Castrum pertinentia, quæ sunt trans flumen, quod vocatur *Manicualt* delegaui in manus *Ottonis* junioris *Chunrado* Archiepiscopo fratri meo. Item duas hubas in *Volers* & vnum molendinum in *Steinhart* & vnam curtem in *Vndingen*, & vnam hubam in *Vndingen* delegaui in manus *Ottonis* de *Ostheim* *Chunrado* Archiepiscopo, prædium in *Luterbach* & prædium in

Pudruenhoffen quod fuit *Seyfridi* & *Woltmanni* delegauit in manus *Otonis* junioris Archiepiscopo. Aliud prædium in *Pudbenhoffen* delegauit in manus *Eberhardi* de *Neuvuertingen* *Chunrado* Archiepiscopo, prædium in *Muffe* delegauit in manus *Alberti* de *Schirlingen*, dandum *Ernesto* Præposito nisi aliud inde disposuero, prædium *Integilindorf* *Otoni* filio *Lantgrauj* & *Adithilde* sorori suæ, prædium in *Miltenhausen* delegauit in manus *Cimpoldi* de *Miltenhouen* *Walthero* de *Abensperg*. Curtem in *Petendorf* & vineas delegauit in manus *Otonis* junioris impignorauit *Walwino* sororio *Gosvini* pro XX. & I. marca argenti, prædium in *Abtinhausen* delegauit in manus *Vdalrici* filij *Ernesti* de *Oiroue* *Adilberoni* de *Pruckperg*, vineam in *Kelheim* quam emi à *Lifungo* de *Westeten* delegauit in manus *Perchtoldi* & vineas & duas svaigas delegauit in manus *Wernhardi* de *Schirlingen* in pignorati ad sanctum *Emmerammum* pro L. marcis argenti, prædium in *Velden* & in *Salarn* delegauit in manus *Berberi* de *Gibisdorf* *Hoboldo* de *Schenburck*, prædium in *Aspach* & in *Eckenmule* delegauit in manus eiusdem *Berberi* *Domino* *Perchtzn* & filijs suis, *Eberhardum* & *Seyfridum* de *Purokeim* & *Eschelingere* delegauit in manus *Berberi* *Otoni* juniori, prædium in *Antshouen* cum omni iure delegauit in manus *Otonis* junioris *Comiti Arnoldo* de *Dachau* prædium in *Puech* delegauit in manus *Forthliebi* de *Souanehiltorf*. *Comiti Chunrado* de *Valeye*, prædium in *Sebe* delegauit in manus *Alberonis* de *Prucke*, eidem *Comiti* duas curtes in *Puch* & duas in *Höhendorf* delegauit in manus *Vdalrici* de *Lothusen* *Comiti* *B. de Andechse*, curtem in *Frechtinesried* delegauit in manus *Berberi* de *Gibisdorf* in beneficiaui & impignorauit cuidam *Chunrado* de *Tetenburck* pro XX. talentis. Armentum in *Vendenbach* delegauit in manus *Hainrici* de *Schendenburck* ad *Atele*, prædium in *harda* & armenta apud *Decenburck* delegauit in manus *O.* de *Onste* ad *Weichensteuen*. Castrum in *Schendenburck* & hemines qui fuerunt *Hainrici* *Comitis* & molendinum & armentum in *Ahe* & prædium in *Rutte* & castrum in *Kelheim* & duo molendina super *Danubium* ibidem delegauit in manus *Hademari* de *Ahusen* fratribus suis *Otoni* maiori & juniori *Villicator* ad superiorem villam *Kelheim* & vnum ortum & vineas in eadem villa & vnum molendinum in *Gemunde* in manus eiusdem *Hademari* *XII* Leprosi in *Kelheim* danda sub *Abbate* seruandos de *Ensdorf*, vineam in *Grasse* delegauit in manus *Arbonis* *Sculteti* in beneficiaui domino *Ludwino* de *Grosse*, vnam hubam in *Mierendorf* dedi in dotem *S. Mariæ* ad capellam meam *Ratipona*.

Testimonium super consensu *Agnæ* Ducissæ *Bauariæ*.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Chunradus* Dei gratia *Salinensis* Episcopus sanctæ *Maguntina* sedis Archiepiscopus & apostolica sedis Legatus. Notum esse cupimus tam futuri quàm præsentis æui omnibus Christi fidelibus quod nobis simul in castro *Kalheim* quodâ tempore commorantibus cum nobili Ducissa *Bauariæ* *Domina Agneta* tunc vidua quondam autem famosissimi Ducis *Bauariæ* *Domini Otonis* coniuge, præsentibus quoque illustri filio ipsorum *Domino Ludouico* Duce *Bauariæ*, & fratribus nostris *Domino Fridrico* quondam *Palatino* & *Domino Ottone* *Palatino* præsentibus ordinandum sicut & roborandum fuit hoc caritatis opus *Domina Agnæ* Ducissæ nequaquam tepescente in ipsa coniugali affectu, imo diligens mortuû quem viuum dilexerat hoc pro remedio anime suæ & sua filij; sui salute vniuersis ministerialibus suis dispensatione caritativa cû præfato filio suo licentiabat quatenus liberâ haberent potestatem conferendi prædia sua indifferenter ad hæc tria claustra *Schyre*, *Ensdorf*, *Vredenndorf*; secundum quantitatem voluntati eorû diuinitus inspirata ita diu hanc eis libertatem indulgens quamdiu infra annos discretionis filius suus *Dominus Dux* esset constitutos.

Confer.

Consequenter autem Dominus *Fridericus* id ipsum omnibus ministerialibus suis indulfit hoc superaddito quod toto vitæ suæ tempore hac fungentes libertate ecclesiastica ac licentia & privilegio potiantur, ut Deo inibi deferuituri cū rebus & persona liceat eis se transferre si velint ad aliquod cœnobiorum, quæ sunt prænominata; Dominus autem *Otto* junior Palatinus sub hac forma licentiam id ipsum faciendi suis ministerialibus indulfit quod mediam prædiorum suorum partem indifferenter sicut dictum est prædictis tribus claustris conferre liceret, dereliqua verò media parte nihil nisi super hac requisito suæ voluntatis assensu licitum esse ordinare. Huius ita in nostra præsentia & aliorum, quæ magnæ & probatæ fuerunt personarum ordinatis ad corroborationem rei sic diuino zelo gestæ nostræ auctoritatis sigillum apposuimus aliisque similiter sigillis suis factum confirmantibus.

Hæc autem sunt nomina eorum qui huic ordinationi interfuerunt. Comes *Dyepoldus* de *Lechsigmunde*, Comes *Arnoldus* de *Dachau*, Comes *Hainricus* de *Altindorf*, Comes *Almannus* de *Abensperg* & fratres eius: *Eberhartus* *Hoboldus* de *Niederdecke*, *Wernherus* de *Giebisdorf*, *Crafftus* de *Lobinhausen*, *Roto* de *Massingen*, *Vlricus* de *Lapida*, *Levrotoldus* de *Kelheim*, *Sevfridus* *Koph* & alij quam plures.

Consilij Basiliens. Decretum de Annatis & primariis fratribus &c. non exigendis.

Sacrosancta generalis Synodus *Basiliens.* in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam repræsentans ad perpetuam rei memoriam. Ea quæ laudabili per nos ordinatione statuta sunt decet ut nostrarum literarum testimonio pandantur de illisq; vbilibet concedantur legitima documenta. Dudum siquidem inter alia statuta & decreta nostra quoddam in sessione nostra publica per nos in maiori Ecclesia *Basiliens.* Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, die Iouis nona mensis Iunii proximè præteriti celebrata solemniter publicatum edidimus in hæc verba.

In nomine Spiritus paracliti statuit hæc sancta Synodus quod tam in curia *Romana* quam alibi pro seu in confirmatione electionum admissione, postulationum præsentationum prouisione, collatione, dispositione, electione, postulatione, præsentatione etiam à laicis facienda institutione, stallatione & inuestitura de ecclesiis etiam Cathedralibus & Metropolitanis, monasteriis, dignitatibus, beneficiis officijsq; Ecclesiasticis quibuscunq; nec non ordinibus sacra & benedictione ac pallio de cætero nihil penitus ante, vel post exigatur ratione literarum Bullæ sigilli Annatarum, communionum & minorum seruiciorum, primorum fructuum deportuum aut sub quocunq; alio titulo colore, vel nomine prætextu cuiusuis consuetudinis, privilegij, vel statuti aut aliâ quavis causa, vel occasione directè, vel indirectè solum scriptoribus abbreviationibus & registraribus litterarum seu minutarum pro ipsorum labore competentis stillario soluendo. Huic autem canoni si quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præsumpserit penam incurrat aduersus Symoniacos inflictam & in ipsis dignitatibus & beneficiis taliter obtentis nullum jus ac titulum acquirat. obligationes quoq; promissiones censuræ & mandata & quicquid in præiudicium decreti huius saluberrimi fieri contingeret nullas obtinere vires atq; irrita censeantur & si quod absit *Romanus* Pontifex qui præ cæteris vniuersalium conciliorum exequi ac custodire canones debet aduersus hæc sanctionem aliquid faciendi ecclesiam scandalifet generali concilio deferatur. Cæteri verò pro modo culpæ iuxta canonicas sanctiones per suos superiores digna ultione pun-

niantur. Nos igitur volumus & auctoritate vniuersalis Ecclesie de cernimus quod tenori constitutionis huiusmodi in iudicio & extra vbicunque exhibitus fuerit, vel ostensus in omnibus stari debeat & fides adhiberi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & vniuersalis Ecclesie se nouerit incursum. Datum *Basilee* Calen. Augusti anno a natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

Johannes Freudenberger.

Confirmatio Papæ *Martini* omnium bonorum
Monasterij.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Præposito & Conuentui monasterij beate *Mariæ* in *Vndensdorff*, p. Præpositum solitigubernari ordinis sancti *Augustini Frisingen*, Dioc. salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum tam vigor & quitatis quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras & monasterium vestrum beate *Mariæ* prædictum in quo diuino estis mancipati obsequio cum omnibus bonis quæ in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci sub beati *Petri* protectione suscipimus atque nostra omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris *Romanis* Pontificibus siue per privilegia, siue per alias indulgentias vobis & monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactio- num à Regibus & Principibus & aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & eidem monasterio vestro indultas siue eas iuste & pacifice possidetis nobis & per nos eidem monasterio vestro concessas auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre susceptionis, confirmationis & communicationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum, eius se nouerit incursum. Datum *Rome* apud sanctos Apostolos XIII. Calen. Maij. Pontificatus nostri anno octauo.

Conseruatorium auctoritate *Basilien.* Concilij concessum Mo-
nasterijs in *Scheyrn, Fürstenueld, Münster, Vndensdorff,*
Geysenfeld & Ang. &c.

SACROSANCTA generalis synodus *Basilien.* in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem Ecclesiam representans, dilectis Ecclesie filiis Abbati Monasterij beate *Mariæ* virginis alijs *Scotorum Wienn, Patauien.* Dioc. Præposito *Salzburgen.* ac Decano *Augusten.* salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Ad compescendos conatus nepharios peruersorum, qui personas & loca Ecclesiastica super bonis & iuribus suis offendere & multipliciter perturbare molestis non verentur tanto magis per nos decet oportuno remedio providere quanto per amplius turbationes huiusmodi & molestie in diuine maiestatis offensam, nec non Ecclesie libertatis redundare dispendium dinoscuntur.

Dudum

Dudum siquidē cum in diuersis mundi partibus consules ciuitatum & re-
ctores nec nō alij qui potestatem habere videbantur tot onera frequenter impo-
nerent Ecclesijs vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotum videretur
quam sub *Pharaone* fuisset, qui legis diuinæ notitiam non habebat quiq; omni-
bus alijs seruituti subactis sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate
dimisit & de publico eis alimoniam ministravit. In Concilio *Lateranen.* ecclesiæ
Immunitati prouidendo sub anathematis districtione prohibitū exiit, ne Con-
sules Rectores aut alij p̄dicti ecclesias & viros Ecclesiasticos tallijs seu collectis
aut exactionibus alijs aggrauare p̄sumerent transgressores & fautores eorū p̄ci-
piendo anathematis sententiæ subiacerent donec satisfactionē impenderent cō-
petentem. Et etiam deinde in generali concilio editum fuerit q; si Episcopi forte
simul cum clericis etiā si tantā necessitatem, vel vilitatem inspicerent vt absq;
vlla coactione ad releuandas communes vilitates vel necessitates vbi laicorum
non suppetere facultates subsidia p̄ ecclesias laicis ducerent concedenda mi-
nime super hoc consulto *Romano* Pontifice concessiones & sententiæ quæ à ta-
libus, vel de ipsorū mandato forent p̄mulgatæ essent irritæ & inanes nullo vnq;
tēpore valituræ ac etiam in ipso generali concilio decretū exiit illud qui infra
tempus sui regiminis propter fractionem constitutionum, vel sanctionū huius-
modi sustineret anathema tanq; post illud non esset ad satisfactionis debitū cō-
pellendus, nec non ipsius successorem q; non satisfaceret cōpetenter cum succe-
deret in onere q; substitueretur in honore. Postmodū felicis recordationis *Hono-
rii* PP. III. Romanus Pontifex attentē considerans q; quondam *Fridericus* secun-
dus olim Rom. Imper. tunc sub obedientia & deuotione S. *Romane* Ecclesiæ p̄-
sistens ad laudem eiusdē Ecclesiæ & sacri decus *Romani* Imperij cupiens vt expur-
gatis quorundā errorib; & iniq;is statutis penitus destitutis de cætero Ecclesiæ
& Ecclesiast. p̄sonę plena vigerent quiete & secura libertate gauderent ac piē &
iustē attendens q; quorundam peruersorū iniquitas adeo habundauerat vt
non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam & sacros canones statuta sua
confringere aduersus Ecclesiasticas personas & Ecclesiasticam libertatē edictali
lege huiusmodi statuta iniqua irritauerat & p̄ceperat irrita nunciari & omnia
statuta & consuetudines quæ ciuitates & loca potestates, vel consules aut quæ-
cunq; aliæ personę contra libertatē Ecclesię, vel personas Ecclesiasticas ac bona
huiusmodi edere vel seruare temptarent contra canonicas vel Imperiales san-
ctiones de ipsorum Capitularibus infra duos menses post ipsius legis publica-
tionem penitus oboleri facerent. Et si de cætero talia attemptarent illa ipso iure
decreuit esse nulla & eos sua iurisdictione priuatos, nec non locum vbi talia de-
inceps p̄sumpta fuissent Banno mille marcharum auri fisco Imperiali p̄ce-
perat subiacerē. Potestates verō, Consules, Statularij & scriptores statu-
torum p̄dictorum, nec non Consiliarij locorum ipsorum qui secundum
statuta & consuetudines memorata iudicarent ex tunc essent ipso iure infames
quorum sententias & actus legitimos statuerat aequaliter non tenere. Quod-
que si per annum p̄statarum constitutionum inuenti forent contemptores
bona eorum per totum Imperium mandauit imponē ab omnibus occupari
saluis nihilominus alijs p̄nis contra tales in eisdem generalibus Concilijs pro-
mulgatis. Et insuper voluit idem tunc Imperator quod nulla communitas,
vel persona publica seu priuata collectas seu exactiones angarias, vel per an-
garias Ecclesijs, vel alijs locis aut Ecclesiasticis personis huiusmodi imponere
seu inuadere Ecclesiastica bona p̄sumeret, quod si secus faceret & requi-
sita ab Ecclesia, vel imperio huiusmodi emendare contemneret tripliciter
resunderet, & nihilominus Banno Imperiali subiaceret quod sine satisfactione

Metrop. Salub. Tom. III.

debita nullatenus remitteretur. Statuit insuper quod quęcunque communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem. Ecclesię violatam persisteret ipso iure similiter dicto Banno Imperiali subiaceret, à quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab Ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinauerat vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali questione vel ciuili ad iudicium seculare trahere præsumeret contra easdem canonicas sanctiones & constitutiones Imperiales, quod si secus faceret actor à iure suo caderet & iudicatum non teneret & iudex foret ex tunc iudicandi potestate priuatus quodque iudices temporales qui clericis & personis Ecclesiasticis iustitiam denegare præsumerent tertio requisiti suam iurisdictionem amitterent. Constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum suorum sanctę Romane Ecclesię Cardinalium qui tunc erant auctoritate apostolica approbans & confirmans ipsam mandauit inuolabiliter obseruari. Nec non statuarios & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari. Et deinde ad audientiam diuę memorię Caroli quarti etiam Romanorum Imperatorum semper Augusti deducto quod nonnullę seculares personę in potestatibus & officiis publicis constitutę, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones, milites & alij Domini temporales, nec non consules ciuitatum opidorum, villarum & locorum Rectores in diuersis prouincijs eiusdem Imperij Dei timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipsas personas Ecclesiasticas & Ecclesiarum libertates & eorum priuilegia cõdiderunt illiq; de facto & publice vtebatur contra canonicas & legitimas sanctiones vt pote quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferentur. Et ne clerici in sacris ordinibus constituti ad agendum & restificandum in ciuilibus & maxime in pijs causis aliquatenus admitterentur, quodq; excommunicati laici & publice denunciati in ciuili foro minime repellerentur & insuper prædicti Domini temporales Consules & Rectores p̄ secularem potestatem res & bona clericorum occuparent, arresterent & oblationes Christi fidelium minuerent atq; restringerent, exactiones & callias indebitas de bonis & redditibus Ecclesiarum exigerent & extorquerent, possessiones Ecclesiarum & personarum earundem deuastarent in cedijs & rapinis contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros ciuitatum, villarum & locorū prædictorum inscribere & sigillare recusarent donataque & legata ad fabricas & Ecclesiarum structuras contra prælatorum voluntatem & aliorum quorum intererat temere vsurpare præsumerent ac in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus eorundem clericorum, quę non causa negotiationum, sed pro eorum proprijs vsibus per eorum terras ducebant seu duci faciebant theolonium exigere & recipere non verebantur & confugientes ad Ecclesias & eorum cimiteria, deinde extrahere cõtra canonicas & Imperiales sanctiones huiusmodi præsumpserant & præsumebant. Idem Carolus Imperator tanq̄ Christianissimus Princeps, volens in præmissis prouidere de remedio salutari etiam de quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Militū fideliumq; actorū sacri Imperij sæpediti cõsilio auctoritate Imperiali quęcunq; statuta accõsuetudines prædictas tanq̄ per canonicas & ciuiles sanctiones expresse reprobata cassauit, irritauit & annullauit ac callā irrita nullius esse voluit roborum, vel momenti præcipiens sub imperiali Banni p̄na vniuersis & singulis Principibus & Dominis temporalibus Consulibus potestatibus & alijs in officiis publicis in eodem Imperio constitutis quatenus ex tunc ipsorum statuta & ordinationes sicut in. præiudicium. Ecclesiasticę libertatis edicta fuerant omnino reuocarent & de luce tollerent, quodque secundum ea non iudicarent

amplius nec sententias dicerent aut de eisdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet pro se & contra eandem Ecclesiasticam libertatem poritentur, pronunciauit insuper & eadem decreuit auctoritate quod quicumque laicus cuiuscunque conditionis aut status existeret ausu sacrilego & propria temeritatis audacit sacerdotem vel clericum secularem vel religiosum diffidaret, proferberet, captiuaret, spoliaret, occideret, mutilaret aut in carcere detinere, vel huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret vel eis fauorem præstaret præter pœnas à sacris canonibus & legalibus sanctionibus in tales inflictas eo ipso redderetur infamis & omni honore priuatus nec ad placita, vel consilia nobilium, admitteretur quouis modo. hortans insuper in Domino & requirens ecclesiasticos prelatos in illis partibus in quibus committerentur talia, constitutos vt legem imperialem, huiusmodi per eorum Ecclesias & synodos publicarent ne transgressores huiusmodi per simulatam ignorantiam suam valerent in hac parte malitiam excusare prope in constitutionibus & sanctionibus conciliorum & Honorij prædictorum ac Imperialibus præfatis plenius continetur. Cum autem sicut lamentabili quærela dilectorum Ecclesiæ filiorum Abbatum Monachorum & Conuentuum in *Scheyrn*, sanctæ Crucis Monasterij in *Munster*, sancti Zenonis in *Geisfeld* ordinis sancti Benedicti, Beatæ Mariæ Virginis in *Fürstfeld* Ordinis Cisterciensis ac Præpositi Decani & Capituli Beatæ Mariæ virginis in *Vndersdorff* ordinis sancti Augustini Canonicorum, regulatum, nec non dilectarum Ecclesiæ filiarum Abbatissæ Monialium & Conuentuum sanctæ Clare ordinis sancti Francisci de secunda regula, Monasteriorum *Ratisponensis* & *Frisingensis* diocesis & aliorum, eisdem Monasteriis tam in spiritualibus quàm in temporalibus subditorum, nuper, accepimus quomodo nonnulli Principes, Duces, Barones, Comites, Milites, & seculares & potestates eorundem, constitutionum, & sanctionum Canoniarum & legalium forsân ignari contra ipsas ab Abbatibus Monachis & Conuentibus Præpositoque Decano & Capitulo nec Abbatissæ & monialibus Monasteriorum prædictorum communiter vel diuisim forsân tallias & gabellas ac alias exactiones illicitas hæctenus extorserint, adhuc & extorquere nituntur, ac etiam bona Abbatum Monachorum, & Conuentuum, Præpositique Decani & Capituli ac Abbatissæ & monialium Monasteriorum prædictorum nec non eisdem tam in spiritualibus quàm in temporalibus subditorum communiter vel diuisim in easerint, arreptauerint occupauerint detinuerint & suis vsibus applicauerint, nec non occupare inuadere arceßtare detinere ac eisdem suis vsibus applicare similiter de facto præsumant in animarum suarum periculum nec non Abbatum Monachorum & Conuentuum, Præpositique Decani & Capituli ac Abbatissæ & monialium monasteriorum præmissorum nec non eorundem tam in spiritualibus quàm in temporalibus subditorum huiusmodi non modicum præiudicium atque damnum. Nos in præmissis Abbatibus, Monachis & Conuentibus Præpositoque Decano & Capitulo Abbatissæ & monialibus Monasteriorum antedictorum memoratis subditis, eorundem tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, de oportuno remedio prouidere volentes discretioni vestra tenore præsentium in virtute sanctæ obediencie præcipiendo mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alios seu alium Abbatibus, Monachis & Conuentibus Præposito Decano & Capitulo ac Abbatissæ & monialibus, Monast. prædictorum eorundemque tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, subditis sapeditis contra quoscunque, transgressores & violatores constitutionum & sanctionum earundem cuiuscunque status dignitatis & excellencie fuerint

fuerint efficacis defensionis auxilio assistentes non permittatis eos contra ca-
 nonicas & legales sanctiones & constitutiones huiusmodi indebitè molestari
 nec non easdem constitutiones & sanctiones ubi & quando expedire videritis
 solènter publicè faciatis transgressores & violatores huiusmodi si & prout
 iustum fuerit ac ubi & quotiens expedierit tam diu excommunicatos anathe-
 matizatos publicè nunciari donec ab earundem talliarum impositione colle-
 ctorum & quarumlibet extorsionum nec non bonorum Abbatum, Monacho-
 rum & Conuentuum Præpositique, Decani & Capituli ac Abbatissæ & moniali-
 um Monasterium supradictorum eorumdemque tam in spiritualibus quam
 in temporalibus subditorum inuisione, arrestatione, occupatione, detentione
 & applicatione omnino desistant, nec non etiam efficaciter restituant eisdem
 Abbatibus, Monachis & Conuentibus Præposito, Decano & Capitulo ac Abba-
 tissæ & monialibus Monasteriorum supradictorum subditisque eorumdem me-
 moratis occasione præmissorum per eosdem communiter vel diuisim laesis seu
 grauatis Tallias, Gabellas & exactiones ipsas ac etiam bona Abbatum Conuen-
 tuum & Monachorum Præpositique Decani & Capituli ac Abbatissæ Monialium
 Monasterium prædictorum nec non subditorum præfatorum eorumdem arre-
 stata occupata detenta & applicata communiter vel diuisim ipsis aut qua per
 se vel alios illo prætextu quomodolibet receperint imò verius temerè & illicitè
 vsurpauerint à se liberè omnino relaxent ac in manib. vestris iurauerint quod
 de cætero talia non committant & ea committentibus non præstent auxilium
 consilium vel fauorem contradictores per censuram Ecclesiasticam & aliarum
 oportuna remedia compescendo inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij
 sæcularis. Cæterum si forsan huiusmodi transgressorum aut violatorum vel ea fieri
 mandantium ipsisq; consentientium seu dancium in illis per se vel alios di-
 rectè vel indirectè publicè vel occultè auxilium consilium vel fauorem præsen-
 tia promissionibus & requisitionibus per vos de ipsis fiendis tutè securè vel
 commodè haberi nequirent. Nos vobis monitiones & requisitiones huiusmo-
 di ac citationes quaslibet prædicta publica in locis affligenda publicis de quib.
 sit verisimilis coniectura quod ad notitiam dictorum citatorum & monitorum
 huiusmodi peruenire valeant faciendi plenam & tenore præsentium concedi-
 mus liberam facultatem volentes quod monitiones requisitiones & citationes
 huiusmodi perinde ipsos citatos monitos & requisitos vt præmittitur actent,
 ac si eis factæ & insinuatæ præsentialiter & personaliter extitissent. Non obsta-
 tibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. quibus cauetur ne aliquis extra suam
 ciuitatem vel diocèsim eorumdem nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra
 vnam dietam à fine suæ diocèsis ad iudicium euocetur seu ne iudices extra ci-
 uitatem & diocèsim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere
 aut alij vel aliis vices suas committere seu aliquos ultra vnam dietam à fine suæ
 diocèsis eorumdem trahere præsumant dummodo ultra duas dietas aliquis au-
 ditoritate præsentium non trahatur ac de personis ultra certum numerum ad iu-
 dicium non vocandis quam aliis constitutionibus apostolicis contrariis qui-
 buscunque aut si alicui comuniter vel diuisim à sede apostolica indultum ex-
 stat quod interdici suspendi vel excommunicari vel extra aut ultra certa loca ad
 iudicium euocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam
 vel expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Dat. Basilee III. Idus Octobr. sub anno à Natiuitate Domini

Millesimo, quadringentesimo tricesimo
tercio.

**Vonn Vilschueg wegen Herzog Albrechts
geschafft die nicht allen schuldig zegeben
an Recht.**

Un GOTTES genaden wir Albrecht Pfaltzgraffe bey Rhein Herzog in Bayern vnd Graue zu Neuburg bekennen offentlich mit dem Brieffe das vns fürbracht haben vnser liebe andächtigen vnd getrew Johannes Probst vnser Veltz vatter vnd Rette vnd der ganz Conuent des würdigen Gottshaus vnser lieben Frauen zu Vndenstorff wie von ihren Vorvordern im gewonheit außersanden sey vnd des auch vnderweiset worden seyn / von ihren Eltern vnd auch von etlichen der Geschlecht die Grebnus in ihrem Gottshaus bey in gestift haben das man järtlich von irem Gottshaus den etzisten Manns Person eins jeglichen geschlechts der heußlich geseßten ist geeret hat mit zweyen Vilschuechen darumb das sie ihr gedächtnuß vnd grebnus bey in den benannten Gottshaus haben. Nun seyn der obgenanten geschlecht vil abgestorben das irs namens nit mehr ist vnd ir Schloß in ander Leut gewalt kommen seyn die desgleichen solche erung mein zu habe / als von rechtens wegen. Auch etliche Fraue person der selbe obgenante geschlechte solche erung auch mein zu habe / die sie von ihn mit schuldig sein / desgleichen etliche obgenante geschlechte mandlich erbe die noch nit heußlich vñ in hliche gewonheit vñ seydmalen vnser Vorvordern seleg dz obgenant Gottshaus von anfang durch ir Seel Hail vnd irer Nachkommen seligkeit gestift vnd begabt habet auch löblich vor allen weltlichen gewalt besonde vnsern liebe Herrn vñ Vatter Herzog Ernst etc. löblicher gedächtnuß vnd wir noch im geseget haben vnd in vnsern sicherem kofmen ist vnd irer Leut vnd Gut wir rechter Vogtherre sein. So haben vns vnser obgenant lieb getrew angeruft sie vor solchem gewalt zu schirmen / haben wir angesehen den löblichen vnd würdigen Gottesdienst der in dem benannten Gottshaus behalten wirdet Tag vnd Nacht vnd dz des selb Gottesdienst gemeret werde vñ nit abneme vnd nun fürbas dem benannten Probst vnd Conuent nichts vnrechtlich von jemand bezwungen oder an gesucht werden als sie auch geseget seyn. So schaffen wir ernstlich vnd gepieten allen den vnsern die solche spruch vnd vdrung von Vilschueg wegen mainen zu haben das sie die vdrung mit recht an sie an den enden da sie dann billig recht thun solten / vnd sie sunst nit kainen andern sachen belaidigen noch beschweren weder sie selbs noch ir Leut vnd Gut herauf gepieten wir allen vnsern Viztumen / Pflegern / Richtern / Amptleuten / Wttershonon / vnd Getrewen sie bey solchen vnsern Freyheiten behalten noch niemandt gestatten dawider zu thun als lieb euch vnd vnser Nachkommen siwere vngened sey zuuermeyden Zu vrlund haben wir in den Brieff geben mit vnserm anhangenden Insign verstaten. Das ist beschgen zu Mänchen an Montag vor der Heiliger dreyer König Tag des Jars als man von Christi vnser lieben Herren gepürdt zelet vierzehnhundert vnd darnach in dem sechs vnd vierzigisten Jar.

Catalogus Prælatorum omnium Monasterij

Vndenstorphenfis.

- I. *Rupertus* autoritate Apostolica ad prælaturam ex *Marbach* vocatus,
- II. *Orrvinius*.
- III. *Dietricus*.
- IV. *Richardus*.
- V. *Henricus* huius nominis primus,
- VI. *Bercholdus*.
- VII. *Fridericus*.

VIII. *Hen-*

- VIII. *Henricus* huius nominis secundus.
 IX. *Wernherus*.
 X. *Conradus I.*
 XI. *Vdalricus* huius nominis primus.
 XII. *Henricus* huius nominis tertius.
 XIII. *Gotfridus*.
 XIV. *Conradus* huius nominis secundus.
 XV. *Vdalricus II.*
 XVI. *Vdalricus Vrsinger III.*
 XVII. *Petrus Fries*.
 XVIII. *Erhardus*.
 XIX. *Ioannes Rothuet*.
 XX. *Vdalricus Schirm IV.*
 XXI. *Vdalricus Protcarb V.*
 XXII. *Augustinus Dacharver*.
 XXIII. *Sebastianus de Schöngarv*.
 XXIV. *Seruatius Walthenhoffer*.
 XXV. *Ambrosius Kazpöck*.
 XXVI. *Paulus Kretz*.
 XXVII. *Albertus Ejsenreich*.
 XXVIII. *Ioannes Aigele*.
 XXIX. *Casparus Schleich*.
 XXX. *Guolfgang Carolus modernus*.

VVA L T S A C H S E N.

DE Monasterij huius prima fundatione, & incrementis, aliisque scitu dignis scripsit annis ab hinc C. XVI. peculiarem librum, seu Chronicon, quidam eius loci Conuentualis; quod nactus à bon. memor. Nobili ac Reuerendo Dñi. *Ioann. Guilielmo de Holdingen in Paring*. Canonico Cathedralium Ecclesiar. *Ratisponen.* & *Patavien.* &c. vna cum aliis *Boicarum* rerum vetustis scriptoribus hactenus ineditis, paulò post, Deo fauente, publici juris faciam. Monere hinc satis est Monasterium *Waldefassen* Diocesis *Ratisbonensis* apud *Nariscos*, haud procul à sylua *Gebreta*, seu *Hercynia* quam vulgo *Bohemicam* vocitant in territorio Veterum Marchionum *Vohburgen*, constructum fuisse circa an. Dñ. M. C. XXXIII; pro familia *Cisterciens.* & quemadmodum ex Albo siue matriculà Imperiali ab antiquo constat, Abbas istius loci Abbatibus Principibus fuit accensus. Ein *gefürsteter Abbt.* Hodie nempe post diuisionem Prouinciarum per Cæs. *Ludouicum IV.* an. 1328. inter suos & fratris sui *Rudolphi* Ducis filios ac hæredes factam subest Palatinatui Veteri: & cum mutata religione statum quoque mutauit pristinum: Palatini etenim Principes, è Circulo *Bauarico* Collegium hoc principale de facto eximentes sibi arrogarunt.

De hoc Monasterio in Vet. Cod. M. S. subsequencia legi:

NOS *Henricus* &c. Et specialiter hac vice nostrum animum excitauit, quod cum hactenus decimas nostrorum prouentuum in *Pfreimbä*, in *Floß*, in *Parckstain*, in *Weiden*, & in *Aalburg* ex nostra concessione perceperunt, nunc benignè consenserunt, illas in Monasterium *Waldsachsen* transferri, vbi propter